



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Imago 27. Tempus agi rem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

diffundat, ad aures appellat, & inde in obliquos aurium meatus deuoluta, sese cerebro menti que per sensum communem insinuat: vnde alius in animum illapsa, quis satis pro dignitate explicet, quos ibidem exciter ardores & tum maxime, vbi aliquē spiritus suo regit imperio, horribili terret exitij supplicio, & eam vni Sanctorum mentibus imprimis, qualem in S. Ioanne est deprehendere, vt eodem afflari spiritu, haectenus pristinus inuolutos vitijs pœnitentia salubri consilio, ad puriorem Dei amorem, & morum innocentiam tandem aliquando perducant. Et quasi in purum & ignitum aurum, tui Dei adspirat gratia, decoquant: Et iam, quorum impura sunt amplexi scelera, & secuti vestigia infelices eorum exitus perhorrescant. Sequē ipsos oderint, vt Deum ament.

Ioannes metu mortis iam, iam imminentis absterret impios ab mundi affectu, & impellit ad pœnitentiæ curam.

Imago 27.

Tempus agi rem.

1. Horologium, cuius
2. Campana caput mortis crystallinum, quod
3. Malleus minatur ferire.
4. Index pro radijs qui horas indicet, sagittas præcendit.
5. Sagitta grandior designat

6. Heras

6. *Horam duodecimam.*
 7. *Serpens caudam suā admordens cingit horologium, sub quo è*
 8. *Filo purpureo dependet*
 9. *Palma ramus in circulum inflexus: huic*
 10. *Gladius geminus flammens sibi decussatim implexus*
 11. *Inscriptum rami circulo. Nec poenitet ?*
 1. *Vita decursus in quo*
 2. *Mors omni horâ.*
 4. *Dei decretum.*
 4. *Mortis metus, cui ubiuis & semper obnoxij omnes sumus.*
 5. *Articulus mortis denunciat*
 6. *Ultimam horam.*
 7. *Aeternitas, qua omne tempus includit.*
 8. *E vitâ qua consistit in sanguine.*
 9. *Beatitudo aeterna omnium malorum victrix*
 10. *Mors anima & corporis aeternis in ignibus.*
 11. *Quis furor mi Christiane tam praecipiti & ancipiti anima negotio & periculo semper indormire, vnde beata vel infelix pendet aeternitas? ô rerum ignara mentes!*

Quæque dies suprema venit, nec poenitet? audi,
 Quæque quid hora monet: palma vel ensis adest:
 Elige, Palma viret, rubet ensis vterque corona
 Cingitur. Hinc discors it cruor, inde merum.

N O T A.

E palmâ vinum exprimitur.

Ioanna

Ioannes acriter sic increpat impios:
*Genimina viperarum, quis vos docuit
 fugere ab irâ venturâ?*

Imago 28.

Crebris micat ignibus ather.

1. *Nubes aterrima cen pix,*
2. *Ignes depluit cum iaculis igneis, in*
3. *Viperas defixas, telis igneis, vel ambustas
 circa*
4. *Aram stantem in*
5. *Monte.*
1. *Vindicis minæ.*
2. *Ira vlttricis opus, & pœnas in*
3. *Impios Phariseos & Sadduceos incumbit.*
4. *In Mosaica lege, quam explicabant*
5. *In monte Iero, Solymitano.*

Horatianum.

Impane quid non pro! temeraria
 Vis ausit orci, cui furor imperat?
 Grassantur impias ad aras
 Monstra, draconigenæ & phalanges.
 Diffulminandis igneus anguis
 Terror Tonantis sed simul incubat.
 Qui de minacibus quadrigis
 Prouoluit grauidas procellas.
 Nec est coruscis ut trahat ignibus
 Moras parato prompta periculo
 Vindicta. Flammeis adurget
 Attonitos iaculis dracones.

Vt fracta